

## Certaminis Poetici Sarbieviani

# STATVTA

1. Certamen instituitur in honorem Matthiae Casimiri Sarbievii, poetae Polono-Latini, qui vixit annis 1595-1640.
2. Certamen instituitur duabus in categoriis:
  - a) poeseos Polonice conscribendae (si carmina Polonica scribere cupis, inspice statuta Polonice conscripta);
  - b) poeseos Latine conscribendae.
3. Certamen eo habetur, ut M. C. Sarbievii opera et memoria colantur simulque ut poetarum contemporalium animi ad poesin conscribendam excitentur.
4. **Ut certamini intersis, oportet:**
  - a) **scribas TRIA varia CARMINA** (quae nondum publicata neque praemiis honorata sunt), **quorum unum aut ad ipsius Sarbievii vitam, res gestas, opera aut Musas sepctare debet** (adiunge quae sumus ei carmini brevissimum commentarium, quo arbitres certiores facias, quod argumentum suscipias, ut: *aemulor cum carmine IV ex I Lyricorum libro; describo Sarbievii redditum in patriam; quomodo Sarbievius Andreeae Bobola occurrerit*), ceteris duobus carminibus quamlibet materiem suscipere potes;
  - b) et ea **mittas usque ad diem X m. Aprilis** in [certamen.sarbievianum@gmail.com](mailto:certamen.sarbievianum@gmail.com);
5. Materiem a te susceptam qualibet forma induas, **exclusa oratione soluta** – carmina non debent ergo esse metrica;
6. Carmina et commentarium adiunge quae sumus epistulae electronicae in documento forma DOC servato (non DOCX, neque IPG neque PDF) et tuo nomine et praenomine inscripto (secundum schema: **copernicus.nicolaus.doc** seu **cicero.tullius.doc**).
7. A collegio trium iudicium optima carmina eligentur et optimo poetae praemium dabitur die XI m. Maii A.D. MMXVIII in oppido PŁONSK (sito prope vicum, ubi Sarbievius natus erat), ubi eodem die seminarium et festum in honorem M. C. Sarbievii habebitur. In antecessum (Kalendis Maiis) certaminis victorem certiorem faciemus et invitabimus, ut veniat (iter suo sumptu faciat oportet, victus et pernoctatio gratis ei dabuntur).
8. Ut praemium accipias, venias oportet. (Praemium neque cursu publico neque in computum tuum argentarium mitti potest).
9. Optima carmina publicabuntur in situ interretiali *Academiae Sarbievianae* aut in actis diurnis.
10. Si plura scire cupis, scribe epistulam electronicam et mitte in [certamen.sarbievianum@gmail.com](mailto:certamen.sarbievianum@gmail.com).